DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
MORBILLIS

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI DOMINI
PRAESIDIS ET DIRECTORIS,
CLARISSIMORUM ET CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM
PRO
DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE
LAUREA
RITE OBTINENDA IN CELEBERRIMA
ACADEMIA JOSEPHINA
PUBLICAE DISQUISITIONI SUBMITTIT

Antonius Heimberg
Austriacis Viennensis
Medicus castrensis.

In theses adnexas disputabitur in aedibus Academiae
die Mensis Martii Anni MDCCCXXXIII.

VINDOBONAE.
Typis Antonii de Haykul.
MDCCCXXXIII.

CAPUT I.

Notio historica et genesis morbillorum.

Morbilli, Germanis Masern, Flecken, Gallis *rougeole*, Anglis *Measles*, Italis *rosalia*, *Fersa*, *Rossaci* dicti peculiare et distinctum exanthematum febrilium genus, sistunt, contagio propagandum, papulas et maculas rubras supra cutim paululum elevatas ad magnitudinem circiter lentis referens cum signis catarrhi, quae praecedunt et comitantur, adeo insignibus et perpetuis, ut pro febri catarrhali exanthematica a nonnullis, praecipue veteribus, reputatum sit.

Origo hujus morbi exanthematici nos pro maxima parte adhuc latet. *Ueberlacher* aliique credunt, hoc exanthema jam Graecis notum fuisse, de quo tamen celeb. *Berends* dubitat, qui potius hanc sententiam omnino magis probabilem statuit, hoc exanthema una cum variolis ex Africa et Arabia ad nos seculo duodecimo aut decimo tertio transplantatum esse. *Aron*, medicus Alexandrinus primus fuit, qui morbillos et variolas qua exanthemata suo tempore regnantia descripsit; quidquam serius *Rhazes Avicenna*, medicus arabs de his mentionem facit. Clarius jam *Th. Sydenham*, fidelissimus ille naturae observator, qui morbum nostrum *febrim morbillosam* voca-

vit, in suis opusculis de morbillis tunc tempori
anno 1674 Londini epidemice grassantibus tracta-
vit, donec saeculo lapso exanthema nostrum pe
nitus clarum, ab aliis exanthematihus febrilibu
rite distinctum, accurate ab auctoribus pertracta
retur. Exanthema hoc minoris a profanis momen
saepe habetur, ast auctoribus ex illo tempore, qu
morbilli accuratius observabantur, diligentcr per
lustratis compertum mox habebimus, morbillos
praesertim si epidemice grassabantur, insignen
hominum numerum aut morti tradidisse, aut e
eorum sequelis ad tumulum praeparasse.

Sic inter plures alios *Morton* anno 176
Londini omni hebdomate trecentos morbillis con
sumtos esse narrat; sic Viennae anno 1732. pluri
mi maligno morbillorum characteri succubuere
Anno 1742. Londini fere mille mortalium morbi
lis perierunt. Anno 1772. morbilli cum febri pu
trida late grassabantur et medicorum et medicina
conaminibus illusis morte terminabantur.

Sic morbilli et nostro tempore, decennio pr
mo et secundo hujus saeculi in diversis, Europa
provinciis, austriacis non exceptis, caput suu
tollebant, qui characterem malignum saepe exh
bebant, multosque, parvulos aeque ac adult
mactabant. Demum et hocce anno vix inchoan
Vindobonae semper magis ac magis proserpun
et quamvis hucusque characterem benignum a
huc sequantur, fors iterum, epidemia nova te
ribili, Cholera nempe vix finita, epidemiam alt
ram exhibebunt, quum morbilli experientia tes
tempore verno et ineunte aestate latius inter p
pulum disseminari solent.

Genesin morbillorum si quaerimus, peculi
re contagium, cujus naturam omnino adhuc ign
ramus, ut in variolis vel aliis morbis exanthema
ticis existere invenimus, quod morbum nostru
suscitat, quod cum miasmate catarrhali magna

agnoscit adfinitatem, quam assertionem adfectiones catarrhales, ab initio morbi semper praesentes, et regimen leniter diaphoreticum optime conducens confirmare videntur. Nonnulli, ut clar. *P. Frank* miasma morbillosum strumali, nonnulli iterum, inter quos *Selle* eminet, acrimoniae scrophulosae analogon esse rati sunt, quae hypotheses huic innituntur argumento, quod sub morbillis systema lymphaticum plus minus affectum sit, et quod morbo hoc exantlato facile indurationes variarum glandularum remaneant. Haec vero analogia, quam viri supradicti, ceteroquin ingenuosissimi, adduxere, illico collabitur, si morbillos morbum contagiosum, febrilem perpendimus, strumam vero et scrofulas morbos non contagiosos, afebriles, saltem ab initio esse. Majorem analogiam invenimus inter contagium morbillosum et variolosum, cum morbus uterque febrilis, contagiosus, iisdem fere, saltem sub initio stadii eruptionis, symptomatibus stipatur, ita ut hoc stadio difficile medico etiam experto fiat, diagnosin firmam statuere et pronunciare, utrum morbilli, an variolae exoriantur. Morbus ipse plerumque unica vice hominem per vitam invadit, attamen non desunt auctores, ut *Targionius Tozetti*, *Dabosquius de la Robordiere*, *Spielmann*, qui morbillos bis, imo ter in eodem homine reversos esse narrant. Sic etiam clar. Home in opere suo: *Medical facts and experiments* etc. casum notatu dignissimum de morbillis narrat sequentem: Post morbillos remansere tumores glandularum in corpore variis locis dispersarum, quos tumores post sex menses sanatos denuo subsequuti morbilli. —

Contagium morbillosum non tam late inter mortales diffunditur, ac variolosum, plures homines per integrum vitae suae curriculum hoc morbo immunes manent, sed morbilli minus, prae-

primis si epidemici insurgunt, adultioribus pa
cunt, ac variolae.

Morbilli atmosphaerae constitutionis domini
obediunt, quam fortasse et matrem maxima e
parte agnoscunt, quam vero peculiarem constitu
tionem vel diathesin adhuc ignoramus. Id com
pertum habemus morbillos creberrime tempor
verno et autumnali sub tempestate humidiori, ad
modum variabili, indoli catarrhosae adeo faven
te, caput extollere. Raro sporadici occurrunt
longe frequentius epidemice grassantur, quum
contagium morbillosum formam quasi vaporosan
induens ab atmosphaera facillime susceptum ce
leriori passu divulgetur, quam in variolis et scar
latina observatur, quarum contagia magis pe
homines adhomines disseminantur.

Quando igitur epidemicorum morem assu
munt, initio plerumque Januarii proserpere inc
piunt, deinde paulatim sese diffundunt et magi
invalescunt. Instante porro verno aequinocti
jam ad summum incrementum attingunt. — Po
stea per gradus imminuuntur et defervescunt
donec sic rariores mitioresque facti Julio tanden
mense exstinquantur et cessent. Nihil tamen ob
stat, quo minus aliis etiam anni temporibus inva
dant, progrediantur eodem ferme ordine et de
mum desinant; id quod clariss. *M. Stoll* paucis
verbis, dicit: „Contagium cum anni exordio sub
nascens, circa vernum aequinoctium vigens pede
dentim aestivo recedit.“ (Aphor. 573.)

Porro hic etiam illud animadverti debet
morbillis, praecipue si epidemici ingrediuntur
tusses ferinas sive convulsivas ante omnes in pue
ris praecedere, quasi morbillosae constitutionis
quae non multum apparere cunctabitur prae
nunciae.

Interdum etiam circa epidemicam labem tus
sis ferina per dies saltem quatuordecim antece

dit, quam deinde morbillorum subsequitur eruptio. Nonnunquam etiam morbilli variolarum et scarlatinae prodromi. Nam ab his convalescentes paulo post variolis corripiuntur, aut vicissim variolis exsiccatis et decidentibus succedunt morbilli, nam saepe uterque morbus eodem tempore se mutuo excipit, imo non desunt observationes, quae doceant, morbillos et variolas uno eodemque tempore in aegrotante interdum complicari, uti *Macbride* et *de Haen* narrant, quare etiam variolas et morbillos inter se maxime affines esse, plures, auctores, praecipue veteres, uti *Rhazes*, *Riverius* et *Sennertus* contendunt.

Satis itaque perspicitur, morbillos a peculiari quodam miasmate gigni et contagione communicari. Id vero etiam patet exinde, quod de loco in locum propagantur ab infectione rerum, aegrotantium vel aëris atmosphaerici, et, quando domum unam ingrediantur, omnes, qui sub eodem tecto versantur, praesertim si iisdem nondum obnoxii fuerint, eadem continuo lue contaminant. Subtile igitur aliquod *contagium*, vel ut veteres nuncupaverunt, *virus* naturae peculiaris a plerisque pro eorum causa habetur, effluviisque aegrorum vel rerum infectarum contactu et praecipue per aërem in sanos immitti creditur. Contagium vero morbillosum praecipue per pulmones et cutim externam exhalatur; porro etiam lacrymae, saliva, mucus narium, sanquis e papula morbillosa incisa profluens apprime intra florem morbillorum, uti tentamina insitionis morbillorum a celeb. *Home* instituta testantur, alios morbo inficere possunt. Ut vero contagium suscipiatur, quaedam in corpore dispositio inesse debet; quae si defecerit, contagium aut non recipitur, aut receptum iners atque innoxium evadit aut cito e corpore sine noxa egreditur.

Experientia edocti scimus, morbillorum morbum, postquam in Europam invectus esset, humano generi adeo infestum evasisse, ut rarissimi sint, qui eo semel saltem in vita, si tamdiu, quam diu a natura praescriptum, vivant, non corripiantur. Infantes vero et pueri prae ceteris ei maxime patent. Imo ne foetus quidem ipsi in utero existentes ab ejusmodi exanthemate tuti perhibentur; nam infantes interdum nasci morbillis perfusos, memoriae a medicis magnae auctoritatis traditum est.

Absque dubio etiam *febris morbillosa* absque efflorescentia cutanea observatur; tempore enim, quo morbilli epidemici occurrunt, non raro sternutationem, tussim et alias adfectiones catarrhales febri unitas oriri observamus, quae symptomata morbosa paucos post dies absque omni exanthemate iterum evanescunt. Ejusmodi homines, qui hac *febri morbillosa* absque exanthemate laborarunt, plerumque serius morbo exanthematico resistunt, quum minorem ad hunc morbum dispositionem offerunt.

Morbilli adfectionem catarrhalem constantem habent comitem, ita quidem, ut illius praesentia ad symptomata hujus exanthematis characteristica pertineat, in nullo enim alio exanthemate eodem eminet gradu. Nam non solum tota membrana Schneideriana, verum etiam membrana mucosa viarum respirationis morbose adficiuntur, organa deglutitioni vero dicata, uti fauces, pharynx et esophagus sub regulari decursu plerumque immunia reperiuntur, saltem ab initio morbi, donec demum die tertio vel quarto morbi, probabiliter ex morbillis, majori copia ibidem eruptis, in compassionem trahantur, quibus symptomatibus exanthema morbillorum a scarlatinoso inchoante differt, et diagnosis utriusque facilior redditur. Coryza, sternutatio frequens tussis sicca, mole-

stans, sono saepe peculiari notata, oculorum ardor, illacrymatio, rubor, photophobia morbillorum eruptioni per quatuor plerumque dies, non raro longius, imo per hebdomates praecedere solent. Ex praesentia horum symptomatum regnante epidemia morbillosa cum magna certitndine ad eruptionem proxime instantem concludere licebit. Adfectio haec catarrhosa jam florente exanthemate perstat, eodemque demum disparente evanescit, quae, si majore intensitate adest, vel ad veram sensim peripneumoniam evehitur, vel anginam membranaceam provocat, quae jam saepius cum morbillis complicata observabatur. Etiam peculiarem odorem morbillis decumbentes spargere dicuntur, qui a morbi initio ad septimum usque diem subdulcis, serius acidulus et testante celeb. *Heim* similis est ei, quem plumae anserinae recens evulsae, vel anseres modo mactati edere solent.

CAPUT II.

Decursus et stadia morbillorum.

Morbilli certum et a natura quasi praescriptum decursum sequuntur, quamdiu benigni manent, sive nunc sporadice, sive epidemice irrepant. Quum porro symptomata quaedam, saltem in decursu regulari certo tempore ingruant, ab his symptomatibus essentialibus etiam *stadia* plura recte assumuntur, quorum medici veteres tria, nempe stadium febrile v. irritationis, stadium efflorescentiae et stadium defurfurationis, recentissimi vero quatuor assumunt, quum scilicet exanthemati jam erupto per biduum vel triduum circiter in cute florenti peculiare stadium

tribuunt. In descriptione igitur horum trium stadiorum nunc nostra versabitur opera:

1. *Stadium contagii febrile, irritationis, fermentationis* (pathologorum humoralistarum) *apparatus efflorescentiae* (sec. *Morton*). Exanthemate nostro, sive sporadice sive epidemice irrepat, invadente, aegri mox horrent, et frigent, ut initio aliarum febrium acutarum, atque inter crebras tum caloris, tum frigoris vices totam *primam* diem transigunt. *Secunda die* jam manifesta febris sese expandit cum aegritudine vehementi, magna siti, linqua alba, sed humida, appetitu dejecto, tussi sicca, capitis atque oculorum gravitate et assidua in somnum propensione (symptoma typho contagioso essentiale). Interdum verus capitis dolor eos, inprimis adultos angit; fauces ardent, et glutientibus dolent; dolent lumbi, pectus constringitur, respiratio cita et frequens fit, imo suspiriosa, scrobiculus cordis et totum epigastrium molesto ponderis sensu afficitur, oculi rubent, et illacrymantur, et punctionibus subinde pertunduntur lucemque ita aversantur, ut vix aperiri queant. E naribus quoque tenuis acerque exstillat humor, crebra sternuta menta conciens; nec rarum est, sanguinem inde abunde manare, quo caput, oculi et fauces plerumque levantur. *Tertio die* celeriter haec omnia ingravescunt, non sine aliquo manuum tremore et subsultu, calore cutis intenso et acuto, quandoque etiam delirio et frequenti anxietate. Nec absunt interdum vigiliae, aut si somnolentia tenet, saepe haec comatis vigilis speciem refert. Nausea et frequens eorum omnium, quae assumuntur, vomitus accedit, sed vomitu frequentior est diarrhoea, saepe biliosa, virescens ut praecipue in dentientibus observatur. Qua diarrhoea, ubi supervenit, vomitus et vomituritio fere sedatur et sistitur; nec ab ea dummodo non immodica fue-

rit, et dummodo aptum intercedat regimen, morbillorum eruptio impeditur. Aliis iterum alvus per totum morbi cursum clausa est, nec mali quidquam affert. Interea aegri fessi, difficiles et morosi fiunt, nonnulli etiam sudoribus diffluunt. Hocce stadio interdum etiam eclampsiam supervenire notant auctores, eamque praevideri posse ex sudoribus immodicis et parcitate aut defectu urinarum. Tandem palpebrae et tota facies intumescunt, et oculi circum magis rubent, et ardent, idque evenit jam imminente morbillorum eruptione. Attamen nequaquam credere velis, semper hocce tempore exanthema erumpere debere, saepe enim eruptio ad quartam, quintam diem, imo adhuc longius protrahitur, quin mali inde aliquid proficiscatur. In stadio nunc est, in quo peculiaris ille odor, ut clar. *Heim* affirmat, et de quo jam supra mentionem feci, percipitur.

2. *Stadium eruptionis, exanthematicum, status morbi* (Morton) plerumque tertia febris exacerbatione ad finem vergente cum morbillorum eruptione inchoat. Tunc temporis itaque circa frontem et reliquam faciem prae ceteris inter aures et nasum punctula rubra lenticularum instar sive potius papulae parvae, rubrae, distinctae pulicum morsibus similes prodire incipiunt, quae paulatim numero et magnitudine auctae et in racemos collectae faciem vario modo et varia forma commaculant. Constant autem rubri ejusmodi racemi sive corymbi ex parvis, nec valde dissitis papulis, cutis superficiem paululum excedentibus; quarum prominentia non solum tactu, sed oculis etiam propius admotis percipitur. Hoc tempore halitus inprimis ingratum supra memoratum spargit odorem. A facie porro, quam primo occupant, sensim ad pectus, dorsum, ventrem, brachia et crura sese diffundunt. Papulae morbillo-

sae, quae trunco et artubus insident, latiores sunt et frequentissimae, rubore se potius produnt, quam protuberante elatione; quamquam earum aliquae, si bene examinantur, inaequalem asperamque cuticulam reddere nonnihil videantur. Pro varia vero aegrotantium et epidemiae regnantis constitutione in aliis latiores, in aliis minores, in quibusdam rubicundae, aut pallidiores aut etiam ad plumbum colorem vergentes inveniuntur. Raro, solum sub anomalo decursu, hic eruptionis ordo interrumpitur. In capillata capitis parte, in vola manuum et planta pedum, ad abdomen infra axillas exanthema parum solum conspicitur. Morbillorum eruptione facta, pleraque symptomata graviora saepe mitigantur, imo interdum etiam cessant. Imprimis calor mordax, lumborum dolor, delirium, spasmi saltem in tenellis, et vomitus sedantur. Interdum post eruptionem materia biliosa magna copia per vomitum ejecta aegros insigniter levat. Caeterum tussis, quae a principio ad finem usque morbi vexare solet, si non exasperatur, quod saepe ob morbillos in larynge et trachea exortos accidit, eadem saltem remanet, ejusque ope plerumque exscreantur mucosa multa cum pectoris levamine. Morbillos vero etiam in interioribus partibus obvenire, jam *Lieutaud* (Precis de Med. l. c. p. 604.) observavit, qui non modo cutim, fauces, nares, oculos et laryngem his occupari vidit, verum etiam dissectionibus anatomicis edoctus viscera thoracis atque abdominis similibus papulis obsideri docet. Praeter tussim adhuc aliquamdiu persistunt, non raro, quamvis gradu mitiori, spirandi difficultas, oculorum rubor, lucis impatientia, lacrymatio, somnolentia et ciborum fastidium, quae vero symptomata mox cessant. Morbo magis charactere inflammatorio notato eruptio exanthematis intra nycthemeron saepe absolvitur, in casu contrario segnior

procedit. Tantum abest, ut exanthemate florente febris intensitas minuatur, ut potius majori nonnunquam vehementia saeviat. Per biduum aut triduum circiter exanthema nunc floret (*stadium tertium* sive *florescentiae* recentiorum) a quinto circiter usque ad septimum totius morbi diem, quo tempore lapso pallescere et sensim sensimque evanescere incipiunt, quod eo, quo erupuere ordine, contingit.

3. *Stadium tertium*, *desquamationis*, *defurfurationis*, *status exarescentiae Stollii.* Die *sexta* itaque, aut eadem inclinata papulae circa frontem et faciem pallescunt; facies prius tumida nunc detumescit et cuticula, epidermide arente et disrupta asperatur. Interea plerumque maculae, quae in reliquo corpore exstant, latissimae et ruberrimae apparent. *Septima* dein die fere febris jam definit, atque in facie morbilli evanescunt. *Octava* in reliquo etiam corpore diffugiunt, sudore universali, aut urinis multis subsequentibus aut etiam alvi fluxu, qui plerumque naturam levat. Interdum tamen accidit, ut haec diarrhoea facile symptomatica, torminosa, colliquativa et funesta, ut celeb. *Morton* jam observavit, fiat. *Nona* aeger optime se habet, plerumque a febri vacuus est; facies, pectus, extremitates et reliquae partes quasi farina conspersae videntur, frustulis disruptae et siccatae epidermidis secedentibus et vix cohaerentibus, quae squamatim decidunt, pruritum ubiqe relinquentia, non vero labem aut vestigium ullum. Quandoque vero accidit, ut evanescentibus morbillis eo, quod dictum, tempore, etsi naturae legibus consentaneo, febris repente cum spiritu difficili et tussi molestiore augeatur, somnumque omnem tam die, quam nocte procul arceat et hac ratione affectio pulmonum praegressa ad peripneumoniam saepissime funestam evehatur. Huic fatali exitui eos im-

primis subjectos esse censet clar. *Sydenham*, qui regimine et medicaminibus calefacientibus usi sunt, et sic sanquinem nimium exagitando effecerunt, quo minus tota materies morbillosa secerni et ad cutim propelli posset. Ab ejusmodi reliquiis re petenda varia symptomata posthuma, uti: tussicula, febris lenta, alvi fluxus, quae exsiccationem morbillorum insequuntur. Ab his incommodis liberi manent, secundum clar. *Tissot*, qu in reliquo morbi decursu aut sub ejus finem notabilem aliquam evacuationem habuerint, uti vomitum, diarrhoem, imprimis biliosam, urinam au sudorem largum aequabiliter per corpus diffusum Nonnunquam etiam fit, contagium morbillosum sola insensibili cutis exspiratione penitus difflari. Harum ope secretionum febris omnino solvitur, aeger vires resumit et perfecte sanatur. Haec nunc foret morbillorum benignorum et regularium historia, ex qua eorum diagnosis facile profluit; at tamen quum atmosphaerae qualitas varia deprehenditur et ipsius febris character constitutionem epidemicam et anni tempus sequitur, quum vire vitales in diversis individuis variis circumstantii sinistris renituntur, varium quoque morbillorum decursum esse, luculenter patet. Febris itaqu morbillosa aut primitivo catarrhoso - inflammatorio, vel nervoso, vel putrido, vel gastrico notatur charactere. Ab hoc nunc febris charactere morbillos concomitantis dicuntur etiam morbilli ve *inflammatorii*, vel *nervosi*, vel *putridi*, ve *gastrici*.

1. *Morbilli inflammatorii*. Febris est validissima, pulsus tangitur fortis, plenus, duru aut plane suppressus, aestus insignis et constans cephalaea intensa, tussis molestissima cum maxima pectoris oppressione et spirandi difficultat conjuncta; pleuritis haud raro et peripneumoni vera cum sputis eruentis adsociatur et oculorun

nflammatio ad gradum justo majorem evehitur. Iorbillorum eruptio raptim et tumultarie procedit; infantes eclampsia, adulti deliriis ferocibus ut dira cephalaea cruciantur; eruptione facta feris perstat, imo increscit; maculae ipsae solito requentiores, magis prominent, intensius ruent et lubenter confluunt majoremque ostendunt aciei tumorem, ita ut palpebrae nonnunquam penitus claudantur. Epistaxes apud infantes et fluxus aemorrhoidalis apud adultos in magnum cedunt egrorum levamen. Defurfurationis periodo praeocius ingruente novae denuo oriuntur inflammaiones, praecipue pulmonum cum phthisi inde ubsequa.

2. *Morbilli nervosi.* Aegri morbillis cum haractere asthenico et quidem asthenico-nervoso otatis laborantes jam ineunte morbo de virium apsu conqueri solent; plerumque sunt tristes et nimo valde dejecti, adfectio catarrhosa, praecipue tussis molesta fere convulsiva; qua respirationis organa male adficiuntur; exanthema serius cijusve erumpit, ratione febris aut acute magis ut lente incedentis, majori continuo inquietudie, vertigine, animi deliquiis aut statu soporoso, n genere sub spasticis symptomatibus; urinae quosae parum coloratae; pulsus tanguntur subluri, veloces; frigent non raro extremitates; aetus cum frigore et horrore alternant; maculae allent, parum prominent, levissima quaque causa nociva reprimuntur, praecipue admisso refrierio, quo facto omnia symptomata nervosa inrescunt; oritur nempe dispnoea, tussis sicca, carialgia, vomitus, siccitas faucium, aphonia, linua fit tremula, insequuntur subsultus tendinum, neteorismus, quae omnia funestum praesagiunt ventum. Sub ejusmodi circumstantiis juxta morillos miliaria in eodem subjecto efflorescunt. Toa morbi immago cum illa typhi contagiosi pluri-

mum congruit, unde etiam a nonnullis recentioribus *morbillus typhodes* dicitur. — Crises plerumque imperfectae, non raro reiteratis symptomatibus nervosis junguntur; desquammatio saepe non animadvertitur. Morbi posthumi variaeque metastases frequentissime oriuntur omnique medici conamini quam pertinaciter renituntur.

3. *Morbilli putridi.* Morbilli cum charactere asthenico-putrido incedentes praeter symptomata prius enumerata, exanthema exhibent coloris ex rubro caerulei, lividi, saepius etiam cum miliaribus et petechiis intermixtum; debilitas corporis est magna, calor cutis mordax, pulsus frequentes, debiles, parvi, molles; oriuntur porro haemorrhagiae narium, pulmonum, ex utero et ano passivae alvi excretiones frequentes, liquidae, summe foetentes, sudores profusi mere colliquativi, quae excretiones simul virium exhaustionem, resolutionem universalem et mortem fere inevitabilem adducere solent. Rarissime morbilli *septici* sporadice occurunt, potius epidemice grassantur tanta quidem saevitia, ut funera funeribus cumulentur.

4. *Morbilli gastrici.* Tempore aestivo morbilli ex primis viis impuris frequenter hoc charactere notati occurrunt, et cognoscuntur e febris gastricae connubio cum morbillosa. Quae vero symptomata statum gastricum indicantia sint, alioquin omnibus luculenter innotescit. — Huc adhuc adnumerari solent morbilli *maligni Sydenhami* et *morbilli spurii* recentiorum.

Morbilli maligni Sydenhami cum iis in genere congruunt, qui *nervosi* vel *putridi* a recentioribus nominantur, qui scilicet symptomatibus gravioribus et pertinacioribus stipantur, qui a decursu morbillorum supra descripto in suis stadiis plus minus recedunt, qui fere solum epi

lemice occurrunt, et plerumque morte terminan-
ur. —

Morbilli spurii recentiorum ad morbillos
evera tales, ut variolae spuriae vel modificatae
d veras sese habere dicuntur. Hi scilicet cum fe-
ri exigua vel plane nulla occurrere dicuntur;
revi decursu, desquamatione deficiente insigni-
ntur, atque morbillis veris aut praecedere aut
llos sequi dicuntur, quin tamen contra infectio-
em futuram tueantur. Maculas velociter et ir-
egulariter erumpentes, a febriles vel cum febri-
ula decurrentes, cum sensu quodam aegritudi-
is conjunctas in infantibus aeque ac adultis occur-
ere, non est, quod dubitemus; ejusmodi tamen
xanthema, quod sub nomine *morbillorum spu-
iorum* venit, propriam et constantem esse varie-
atem, omni jure dubitare licet, imo potius cre-
endum, exanthema dictum cum alio quocumque
onfundi.

CAPUT III.

Diagnosis morbillorum.

Constans et princeps itaque signum morbil-
orum diagnosticum exanthematis ipsius forma lar-
itur, quae adeo eminens est, ut non facile cum
lia cutis eruptione confundi possit. Morbilli
nim maculas exhibent laete rubras, majoris mi-
orisve magnitudinis, figurae lentiformis et po-
ius ellipticae, qualis seminibus lini propria est,
ulicum morsibus similes. Ambitu definito non
ircum scribuntur, in medio saturatius tinctae,
eripheriam versus rubor pallescit, et in nativum
utis colorem terminatur. In medio maculae mor-
illosae nodulus attollitur, adtactu duriusculus,

qui efficit, ut macula penitus efformata satis ele vetur et tamquam lens dissecta cutique imposit visui appareat. Celeb. *Wedekind* ex quovis n dulo pilum pertenuem prominentem armatoqu oculo conspiciendum primus observavit. Sub cuti tensione aut digito premente maculae hae rubo rem omittunt, quem cessante pressione confesti iterum recuperant. Ab initio quamquam sibi vic nae et gregatim diffusae sint papulae, rarissim confluunt, quod nonnunquam in ulteriori demu decursu contingit. Si morbillorum efflorescenti minus uberior fit, non aequabiliter in corpor superficie disperguntur, sed in aliis locis cate vatim uniuntur, in aliis penitus desunt.

Haec nunc essent momenta diagnostica mo bi nostri, si jam floret exanthema; attamen int initia, antequam morbilli erumpant, eos praeno cere et praedicere res est aliquanto difficilior obscurior, In stadio enim primo, contagii nen pe vel effervescentiae sive fermentationis, morbi line, an aliud exanthematum genus impendea non satis perspicuum est. Tunc disquirere opo tet, num epidemica constitutio morbillis favea num is, qui febri correptus est, eos nondum pa sus sit; an alii ex ejus consanguineis hoc morb laborent, utrum consuetudinem et familiaritate cum aliquo morbillis laborante habuerit, et d mum an febricitans oculorum rubore, lacrymati ne, corryza humida sternutamentis, dolore a ardore faucium, tussi sicca et molesta et somn lentia simul afficiatur? Si ista consentiant, morbillis tutius conjecturam facies. Apparentib vero papulis, nondum putandum, omnem dub tationem esse ablatam. Prima enim morbilloru apparitio magnam habet cum variolis cognati nem, sic, ut primo statim intuitu, uter morbus s decerni nequaquam liceat. Differentiae jam a m dicis veteribus variae assignantur. Sic *Lieuta*

existimat, quod papulae morbillorum in racemos collectae numerosiores omnino reperiantur, quam variolarum, etiam maxime confluentium.

Sic *Sydenham* existimat, morbillos, etsi in fronte et facie promineant, qui tamen in artubus et pectore efflorescunt, rubore potius, quam elatione distinqui; quo sane discrimine dissentiunt a variolis recens prodeuntibus, quae semper atque ubique protuberant et cito adolescunt. *Tissot* iterum differentiam statuit hanc, quod nempe febris et calor citius et velocius in morbillis invalescant, et symptomata ut plurimum vehementius urgeant, quam in variolis saltem benignis.

Natura vero ipsa discrimen inter morbillos et variolas posuit, ne una confunderentur. Discrepant vero inter se: 1. quod contagium morbillorum non ita causticum neque ita exulcerans sit, ac variolosum. 2. quod pulmonibus magis officiat, 3. quod morbilli nunquam pus gignant, sed siccentur et desquamentur tantum, nec ulcus ullum, aut cicatricem relinquant; 4. quod plus epidermidem laedant, quam cutim; 5. quod affectionibus catarrhalibus, tussi videlicet, corryza, sternutamentis, oculorum lacrymatione, stipentur. 6. quod haemorrhagiae narium vel uteri frequentius morbillis etiam inter initia superveniant, quam variotis.

Majore affinitate cum morbillis certare videtur *exanthema scarlatinosum.* Differunt autem morbilli a scarlatina: 1. quod ipsi supra cutim sese efferant; 2. quod scarlatina cum symptomatibus anginae semper inchoet, quum morbilli solum symptomatibus mere catarrhalibus stipentur. 3. quod spatia morbillis interjaceant alba, oblonga, quadrata, multangula; dum contra in scarlatina plana, aequalis et continuata rubedo cutim fere totam, aut maculis saltem latioribus et erysipelati similibus inficiat. 4. quod epidermis

in morbillis farinae instar secedit et decidit, i scarlatina vero frustulatim abscedit. 5. quod tu mor leucophlegmaticus, qui in scarlatina die vi gesimo primo et vigesimo secundo tantum super venit, in morbillis aut non cernitur, aut si u quam accedit, statim in fine quarti stadii sese e hibeat.

Porro adhuc alia existunt exanthemata, qu buscum commutari possent morbilli, uti sunt *ru beolae*, *petechiae*, *miliaria*, *urticaria exan thema typhosum* et *erysipelas*.

Differunt vero a *rubeolis* (Rötheln) hac ratio ne: *rubeolae* praegressa febri cum faucium irri tatione et tussicula absque reliquis symptomatibu catarrhalibus, absque ophthalmia catarrhosa pe universum corpus simul erumpunt, et maculas s stunt morbillosis latius rubentes, majores, irre gulares milio dissecto magnitudine aequantes, cum epidermidis solutione frustulis majoribus fin untur. *A petechiis* differunt quod petechiae el vatione epidermidis nulla macularum amplitudin figuraque multiplici variaque, et colore vario, m do roseo, rubro, bruneo, vel nigro, modo c nereo et plumbeo notantur, et incerto tempore ordine erumpunt. — *A miliaribus* distinquuntu quod in facie primo prodeunt, quod nullum hu morem conspicuum in pustulis vel phlyctaenuli ostendunt, dum miliaria faciei fere semper pa cunt, et sensibilem humorem continent et sudor bus valde olentibus, acidisque comitantur. — *Exanthema urticatum* a morbillis pruritus i signis, papulae ampliores, elevatae, sine ordin efflorescentes, earumque fugacitas abunde distin quunt. —

Cum *exanthemate typhoso* morbilli mag nam habent similitudinem, quare medicus ad om nia symptomata, typhum contagiosum concomi tantia rite attendere debet, ne diagnosin errone

m statuat, et inde ad therapiam falsam, aegro- anti periculosam ducatur, praecipue si sub de- ursu morbillorum character febris nervosus evol- itur. —

Tandem ab *erysipelate* differunt morbilli, uod erysipelas solum in singulis organismi par- ibus et cum sensu ardoris in cute appareat, et uod rubor erysipelatis magis in flavescentem ver- at, nec stadiis adeo distinctis absolvatur.

CAPUT IV.

Divisio et exitus morbillorum.

Ex omnibus nunc hucusque dictis morbilli variis auctoribus vario modo subdividebantur. uctores vero omnium primo distinquunt mor- illos *primarios* i. e. qui absque contagione fors er peculiarem aëris atmosphaerici constitutionem ut alium quemque modum hunc vel illum inva- lunt mortalem, et *securdarios* vel *ex conagio rtos*, quatenus per contagium ab homine ad ominem transplantantur.

Respectu *characteris*, quem febris morbil- osa inducit, distinquuntur morbilli in *inflam- matorios*, *nervosos* et *putridos*, quatenus nem- e character inflammatorius, vel nervosus vel utridus praevaluerit. —

Quoad *periculum*, quod morbilli in decur- su suo minantur, iterum subdividuntur in *beni- gnos*, qui febri catarrhoso - inflammatoria notati decursum regularem supra descriptum sequun- tur et symptomata mitiora ostendunt et *malig- nos*, qui contrarium significant. Cum hac divi- sione congruit illa morbillorum in *regulares* et *irregulares* secundum clariss. *Sydenham*.

Quoad *morbos* vel affectiones concomitant sunt iterum morbilli vel *simplices* et *complic ti*, in quantum nimirum vel aliud exanthema v alia adfectio, v. gr. rheumatica, arthritica mo billis adsociatur. —

Quoad *numerum* hominum, quos morbil simul et eodem tempore corripiunt, in *sporad cos* et *epidemicos* dividuntur, quorum notio ali quin patet. —

Quoad *efformationem* exanthematis magi distinctam vel magis dubiam a nonnullis etia morbilli in *veros* et *spurios* subdividuntur. -

Quod *exitum* morbillorum concernit: mo bus morbillosus, ut alius quicunque, triplice habere potest exitum. Terminantur scilicet mo bili vel *sanitate*, vel *morbis secundariis* si *posthumis* vel *morte*.

1. *In sanitatem* abeunt morbilli per vari evacuationes criticas, uti sudores largos, unive sales, aequabiliter per corpus diffusos, per e cretiones alvinas faeculentas, semifluidas, leva tes, per sputa cocta, larga, globosa, urinas la gas, hypostaticas et insequentem universalem re to tempore ingruentem *defurfurationem*.

2. Morbilli in morbos secundarios vel posth mos transeunt, in quorum enumeratione nun paululum versabimur. Morborum, qui morbilli praecipue malignis succedunt, omnium frequenti simus est *pleuroperipneumonia*, eorum exsicc tioni repente superveniens, quae aegros in su mum vitae periculum adducit, et saepe etiam o cidit, aut suppurationem seu phthisin lethale parturit. Non rarum etiam est, exsiccatis d squamatisque morbillis febrim aliquam *co tinuo remittentem* sine ullo suppurati v exulcerati pulmonis signo relinqui, quae negligatur, vel in acutam convertitur, repente occidit, aut in hecticam facile deg

rat, quae lenta consumtione aegrotantem confi-
t. Quandoque *tussis* post morbillorum desqua-
ationem valde pertinax et molesta remanet. Nec
inus molesta et pertinax est *diarrhoea* a morbil-
s relicta, saepe per longius tempus excurrens,
convalescentiam admodum protrahens, nequa-
uam negligenda. — Celeb. *Richter* aliquoties
ffectiones organorum spirantium spasticas, pe-
odice recurrentes, asthmati Millari simillimas,
orbillos subsequi, celeb. consiliarius et Profes-
or *Bischoff*, praeceptor noster colendissimus
nginam membranaceam observaverunt admo-
um fatalem. Porro inter morbos, qui morbil-
s malignis vel imperfecte solutis succedunt, re-
eruntur adhuc ophthalmia chronica, blenno-
rhoea sacci lacrymalis, tumores glandularum,
igestio prostrata, furunculi creberrimi praeci-
ue sub axillis erumpentes, aphthae oris et gin-
ivarum exulcerationes cum halitu foetente, per-
naces artuum dolores rheumatici, hydrops ana-
arca et ascites. 3. Tristissimus morbillorum
xitus est ille in *mortem*. Mors vero vel per
xhaustionem virium vitalium febri intensa et ma-
igna vel per suppressionem virium vitalium,
ti facile accedente peripneumonia gravi et in-
e subsequa paralysi pulmonum accidit, vel per
norbos subsequos supra jam enumeratos, uti
abem, phthisim, anginam membranaceam et
nde ortam suffocationem etc. adducitur.

CAPUT V.

Aetiologia morbillorum.

Quum plurima huc spectantia jam supra, ubi
de genesi morbi nostri disseruimus, adtulimus,

pauca solum adhuc restant, de quibus hic mentionem facturi sumus. Causam proximam morbillorum omnino in quodam contagio quaerimus, cujus naturam penitus ignoramus. Hocce contagium maxima ex parte systema membranarum mucosarum adgredi et inde ad systema cutaneam externum divulgari, adfectiones catarrhales ab initio semper insurgentes et reliqua historia morbi satis confirmant. Hocce vero contagium sub certis anni temporibus, sub certa aëris atmosphaerici constitutione plerumque humida et calidiori, nobis tamen non penitus clara praecipue evolvi et latius divulgari experientia edocti scimus. —

Quod nunc contagium in aëre atmosphaerico haerens in omnibus, qui ad hunc morbum peculiarem ostendunt dispositionem, morbillos gignendo par est, nec aetati, nec sexui, nec habitui corporis parcit. Adultos, senes aeque ac infantes et embryones hocce exanthemate corripi experimur. Hocce porro contagium id peculiare, ut omnia exanthemata febrilia, portendit, quod hominibus plerumque, morbo semel exantlato, quamvis morbi secunda vice reversi exempla a variis narrentur, in posterum parcit. *Exanthema* ipsum pro specifica inflammatione retis Malpighii nec non membranae muccosae, cavum narium et pulmones obvestientis per influxum contagii producta, cum potestate, alios inficiendi simulque contagii evolvendi, instructa habent varii auctores.

CAPUT VI.

Prognosis in morbillis.

In genere exanthema morbillosum minus periculum minatur, quam variolosum vel scarlatino-

ım. Magis morbi posthumi timendi veniunt, ıamvis et morbilli sub suo decursu, si febris ıaracterem malignum, asthenicum nempe, sive ervosum sive putridum induit, magnam lethalitem praecipue si epidemici intrant, ostendunt. Iorbilli, quamdiu benigni et regulares, in pues et adolescentibus plerumque periculo carent, ; feliciter cedunt, nisi inepte curentur, aut malo ·gimine pervertantur, in adultis vero ceteris pabus aliquanto gravius malum est et quandoque ericulosum.

Qui ex aegris, antequam morbillis corriperenır, diu se male habuerunt, qui labe quadam ılmonum, tussi aut difficultate respirationis ex ıacunque causa nata laborarunt, hi acutius aerotare et magis periclitari solent. Morbilli oportuno et regulari tempore exorti et prominentes ene ominantur.

Contra praematura eorum eruptio aut justo ırdior suspecta haberi debet. Eruptione facta, aeger relevatur, et viribus valet, alacriorque vadit; si maculae dilute rubent, si cutis aequaliır calet, et nonnihil tensa renititur, bonum et ontra. Infida esse solet papularum duratio ultra uatuor dies protracta. Quodsi earum color ad igrum vergit et cutis simul flaccescere videatur, angraenam et mortem appropinquari significat. uic malo ii, qui calefacientibus medicamentis ıdulserunt, et prae ceteris adulti magis subjiciıntur. Subitus exanthematis ex refrigerio admiso regressus ob metastasin semper metuendus st; saepe enim jam necem adtulit; hinc celeb. *tóll* (in suis aphorism. 578.) brevi et succincte: „Subitanea ait retrocessio macularum cum delirio, ere lethalis.“ Si vero huic regressui diarrhoea upervenerit, perniciem quandoque avertit. Si apulae debito tempore, i. e. tertio sive quarto b eruptione die incipunt pallescere, resolvi et

exsiccari, et simul febris minuitur, et respiratio liberior cum sputis largis, coctis, facile ejiciendis fit, morbum feliciter solutum iri, indicium est.

Tussicula assidua post morbum cum alvi profluvio, diuturna, vespertina, nocturna cum raucedine, magna inquietudine et febricula latentem peripneumoniam et phthisin superventuram, hinc infaustum praesagium docet, nisi cito et potenter juvaveris antiphlogisticis.

Haemorrhagiae immodicae discriminis plenae; male quoque sudores largi et assidui in adultis, nam ex levissima tum causa morbilli intro vertuntur. Qui ex morbillis occumbunt, praesertim infantes, *nono* plerumque *die*, evanescentibus nempe exanthematibus, infarctu bronchiorum et pulmonum oppressi, aut peripneumonia, praesertim ii, qui regimine calefaciente usi sunt, suffocantur fere inopinato, hinc stadium defurfurationis omnium ominosissimum et diem nonum periculosissimum habent auctores, quare etiam *Stoll* de hac re sequentem statuit prognosim: „Ut plura funera in variolis, quam post easdem, ita plura quoque post morbillos, quam sub iisdem et aeque multa fortasse, ac in variolis" (Aphor. DLXXIII. de morbillis).

Diarrhoea, quae post morbillos exsiccatos et depulsa reliqua symptomata accedit, si diu persistat et ad plures hebdomates protrahatur, vires prosternit et tabem et demum mortem affert. Aliis post morbillorum ultimum stadium succrescit febris lenta cum abdominis tumore funesto.

In his post mortem, ut *Hoffmann* observavit, glandulae meseraicae obstructae et mole auctae, pulmones vero vomicis referti inveniuntur. Nonnullis tussicula cum raucedine remanet, quae facile in phthisin terminatur. Infantibus annum vitae secundum et tertium agentibus maximum, si aetatem aegrorum respicimus, instat periculum,

ueri plures, ac puellae succumbunt. Si morbil-s dentitio difficilior vel asthma associatur, exi-us morbi facile lethalis. Exordientibus maculis uandoque gangraenosis in genitalibus, praeci-ue sub febris charactere putrido, mortem haud rocul esse credas. Demum quoad prognosin mnis medicus practicus in morbillis admodum autus et haesitans sit oportet; saepe enim sta-iis prioribus quam legitime et benigne decur-entibus in ultimo stadio morbilii adhuc charac-erem malignum assumunt, et exitum funestum abere solent.

CAPUT VII.

Therapia morbillorum.

Ad curam morbillorum adgressi mox com-erti scimus, omnem therapiam quatuor hic in-iti indicationibus extemplo nominandis:

1. *Prima* indicatio, quum in morbo nostro exanthematico de removenda causa excitante, i. e. removendo contagio sermo vix amplius esse potest, nos jubet, febrim morbillos concomitantem secundum characterem cardinalem tractare.
2. *Altera* nos praecipit exanthema in decursu suo regulari continere.
3. *Tertia* ad omnem affectionem localem, praecipue pectoris morbillis associatam rite et accurate respicere jubet. —
4. *Ultima* denique crises legitimas rite sustentare, suffulcire, et reconvalescentiam promovere suadet. —

1. Quod febris characterem adtinet, est vel *catarrhoso-inflammatorius*, vel *inflammato-*

rius, vel *nervosus* vel *putridus* vel etiam *ga-stricus*.

Character febris morbillosae catarrhoso-inflammatorius omnium mitissimus est. Experientia comprobavit morbillos hoc charactere notatos benignos et regulares plerumque sola naturae op ad faustum finem perduci, imo esse interdum adeo mites et faciles, ut aegrotantes vix lecto obligentur.

Sub his itaque circumstantiis, si aeger alioquin sanus, nec ulla anteriore labe pulmonum cernatur, res tota naturae committatur, imperato tantum regimine diaetetico, quod temperatum sit oportet, nec nimis calidum, nec nimis frigidum, circiter ad gradus 15 — 16 Therm. Reaum. nocet enim utrumque extremum.

Victus ratio non alia esse debet, quam tenuissima, quam nempe cibi fastidium atque aversatio alioquin suadet. Pro potu aquam sumat ex hordeo, oryza et, quae diluit, demulcet, temperat et tenuiter alit. Eo spectant serum lactis, cremor hordei, emulsum ex amygdalis dulcibus et fructus acido-dulces, uti pruna, cerasa, mala et similia. Sub initio morbi, exanthemate nondum comparente, subinde lectum deserere possunt aegri, ne nimium incalescant; sed caveant ab aëre frigido et quieti se dedant et saepius de die leve infusum florum tiliae, verbasci etc. tepide hauriant, ut conatus naturae versus cutim adjuvetur.

Quamprimum vero eruptio in facie apparere incipit, lecto sese committant, et in assiduo, blandoque tepore conquiescant. Porro semper quies tam animi, quam corporis servanda; soli custodes necessarii aegrotanti assideant; Nimia lucis intensitas arceatur, ne oculi alioquin adeo sensiles hac percellantur. Per integrum florescentiae stadium aegri lecto sese committant, quo facilius

ıtis perspiratio adjuvetur, sed e contra medicus aveat, ne ex nimia solertia et more veterum, ui alexipharmacis sudores exprimebant, aegroıntes stragulis obruantur, ut quasi sudoribus diffuant, ne regimine nimis calido febris magis inendatur.

Desquamatione incipiente abeuntibusque reliuis symptomatibus, alvus, nisi sponte insequaır, leni *eccoprotico*, ex manna, tamarindis, aut imili alio una cum crematibus promoveatur et ictus paulatim augeatur.

Lectum hoc stadio finito aegri linquere posunt, dummodo ab aëre frigido caveant; facile nim transpirationem cutaneam per refrigerium uppressam asthma periculosum vel tussis pertinaissima, vel diarrhoea exhauriens vel leucophlegıatia, ut clar. *Störk* monet, insequuntur.

Attamen non omnium morbillorum, quamvis enignorum est unus idemque, quem diximus, haracter mitis, praesertim in adolescentibus aut dultis, in quibus saepe aut causarum complicaio, aut major contagii vis, aut corporis constituio, aut aetas, aut vitae genus, aut genius epidenicus regnans aut aliae conditiones conspirant, ıt non solum febris magis furat atque insolescat, t *inflammatoria* evadat, verum etiam in quoris stadio graviora symptomata compareant, quious nec satis natura, nec solum regimen prospicit, sed aliis opus est artis auxiliis. Si itaque staim sub primo stadio pulsus durus, validus atque ortis, magna pectoris oppressio, tussis permoesta et reliqua symptomata pariter graviora, uti dolor faucium oculorum inflammatio, cephalaea vehemens, comparent tunc ad medendi methodum antiphlogisticam rigorosiorem transgredi oportet; hinc venaesectio in adultis etiam iterata, si res postulaverint, praecipue si ob febris inflammatoriae vehementiam exanthematis erup-

tio retinetur vel phrenititis vel pneumonititis s
gna invadunt, hirudinum applicatio in infantibus
imo secundum clar. *Sydenham* etiam parva ve
naesectio levamen et auxilium ferent. Copiam
sanguinis emittendi casus speciales, individualita
aegri, anni tempus, constitutio epidemica et an
nua etc. determinabunt. Cum sanguinis depletion
nunc reliqua remedia antiphlogistica, leniter dia
pnoica uti, decoctum althaeae, Roob Sambuci
tartarus emeticus dosi refracta, acida vegetabilia
serum lactis, serum tamarindinatum, nitrum etc
conjungenda veniunt, quamvis juxta celeb. *Be
rends* nitrum in morbillis, sicut et in aliis mor
bis acutis exanthematicis ob effectum suum syste
ma circulationis deprimentem et hac ratione erup
tionem criticam in peripheria organismi facile per
turbantem in usum vocandum non sit. Regimen
moderate calidum sit, attamen calidius, quam
in quovis alio exanthemate, diaeta tenuissima
potulenta largiora, diluentia, leniter in cutis func
tionem agentia seligenda. Corporis ut animi quie
aeque necessaria. —

Si vero morbillos febris cum *charactere ner
voso* comitatur, quem febris characterem plu
minus omnia symptomata febri nervosae commu
nia indicant, remedia, quae febrim nervosam su
perant, in usum vocanda. Remedia vero validiu
excitantia vix quadrant in primo et secundo mor
bi stadio, imo saepius nocebunt, irritatione qua
dam subinflammatoria, praecipue in pectore po
sita. In ejusmodi pectoris adfectionibus dolorif
cis, sinapismus et vesicantia pectori, aut intr
scapulas imposita efficacissima praebent remedia
Desiderantur vero remedia excitantia fortiora i
stadio tertio, ubi Valeriana, Senega, Serpentari
virginiana, camphora, moschus, sal. volat.
ubi tussis spastica, sicca molesta aegrum vexant
opium ipsum levamen et medelam ferunt. Reme

a nimis calefacientia, vinum, spirituosa, naph-
ae in genere non bene feruntur. Regimen obser-
et aeger calidum, refrigerium et aëris tempera-
ram mutatam summopere vitet, quum alioquin
xanthemate facillime represso summum mortis
ericulum instat.

Character morbillorum *putridus* remediorum
febri putrida adhibendorum penu vincitur. Hae-
orrhagiae variae, praeprimis narium, summe
xitiosae, vitam exstinguere minantur, nisi reme-
ia externa et interna: alumen, acidum phospho-
icum, (secundum celeb. *Berends* cum syrupo al-
naeae) Catechu tormentilla, ratanhia, cortex
uercus, salicis, hypocastani etc., et urgente ne-
essitate turundis debitae longitudinis intrusis,
arium vasa comprimantur. China in infantibus
jusdemque extractum prae ceteris indicatur. Re-
imen ob ipsum putridum febris characterem non
deo calidum sit, ut plerumque in morbillis fie-
i debet, mundities summa, aëris renovatio in
ubili ubi aeger decumbit, potulenta larga cum
cidis vegetabilibus et praecipue mineralibus
ntermixta frigidiuscule porrigenda sunt.

Morbilli, quos *febris gastrica* comitatur,
emediorum evacuantium adplicationem expos-
unt. Si nota gastrica constat, et saburrae gastri-
ae manifestiores fiunt, opera navanda est, ut
uam citissime expellantur. Si sursum tendunt,
omitus, qui ad quaevis assumta instat, aqua te-
ida mellita, aut levi aliquo infuso verbasci vel
lecocto quodam tepide hausto leniter promovea-
ur, si hoc non suffecerit, ad aliquod emeticum,
sive Ipecacuanham sive tartarum emeticum trans-
gredi licet. Si vero vomitui locus non existat,
vel si saburrae magis deorsum tendunt, eccopro-
tico aliquo, manna, prunis, tamarindis, sale
quodam mitiore etc. uti expedit, aetati, viribus,

temperamento, corporis habitui adcomodato. Saepe tamen cavendum, ne symptomata, quae alias notam gastricam indicant, uti linquam albam nauseam, vomitum ponderis sensum in epigastrio, anxietatem etc. statim pro gastricismo sumamus haec enim solum quamdam ventriculi per contagium morbillosum irritationem indicare solent. Vermes si morbillis superveniunt, remedia anthelminthica absque timore in usum trahi possunt. —

2. Ad alteram in nostro exanthemate nunc pervenimus indicationem, ad illam nempe: *decursum regularem exanthematis servare et continere.* Hoc nunc plerumque fit, si febrim morbillosam secundum suum characterem principalem tractamus et regimen congruum et diaetam strictam, tenuem, supra jam recensitam servamus. —

Attamen nonnunquam fit, morbillorum eruptionem, quamquam aeger, quieti et leni diaphoresi, quoad potest, operam det, nihilominus diutius, quam par est, cunctari et lente procedere. Tunc diligenter quaerendum, utrum plethora, an febris validior, an contra lanquidior vitae vis impedimento sit. In primo atque altero casu plethorae imminutio per sanguinis detractationem et aestus febrilis temperatio per diluentia et refrigerantia eruptionem accelerabunt. In tertio vero praeter potum largiorem leniter erigentem ex chamomilla, melissa, mentha et prudentem vesicantium usum *camphora* seu *moschus* primum locum tenent. Vires enim vitales sic eriguntur, et humorum ad cutim propulsio mirifice promovetur. Huic quoque fini favent spiritus C. C. succinatus, spiritus Mindereri, aut etiam vini boni haustus. Plures etiam lene emeticum proponunt, ut pote vim vitae excitans et diaphoresim mirum in modum proliciens, praecipue si nota gastrica accedit. — Alia vice eruptio inaequabiliter contin-

it; fit nempe, ut efflorescentia, postquam appauit, modo rubeat, modo palleat, aut partiatim ntum et successive sese ostendat, vel quaedam apulae rubrae videantur, dum aliae pallidae conpiciantur. In quo casu iterum alexipharmacis arum eruptio leniter adjuvanda venit *Camphora* hoc casu primas tenet. Huc quoque prudens esicantium usus spectat. — Quod denique exanhema repente sese subduxerit, et timor sit, ne ateries morbillosa intro versa lethalem alicubi etastasin faciat, ut praecipue in stadio primo et ecundo fit, extemplo extrorsum revocandum est uxiliis iis, quae ad lentam atque imperfectam ruptionem supra commendavimus. Huc iterum pectant infusum quoddam aromaticum abune et tepide haustum, camphora, moschus, ucurbita sicca, fricationes atque epispastica cruibus aut cervici, si capiti malum impendeat, ceeriter admota et balnea vel partialia vel universaa vel simplicia vel aromatica. Ne vero ejusmodi etrocessus exanthematis, semper periculosus, obeniat, opera navanda est, ut omne frigus, moeor, pavor omnes animi subiti motus solertissime rceantur.

3. Tertia indicatio in cura morbillorum *ad mnem affectionem localem*, praecipue pectois et alia symptomata graviora rite et accurate repicere jubet. Huc praecipue spectant nimia irriatio laryngis et pulmonum, quae quandoque ad nflammationem veram adaugeri potest, tussis ine nata molestissima, dirus capitis dolor et intans saepe phrenitis deliria, sopor convulsiones, clampsia, ophthalmia, haemorrhagia etc. Quam rritationem laryngis et pulmonum egregie comescunt gummi arabicum aut tragacanthae aqua el syrupo quodam in linctum subactum, cremor ordei vel oryza, cochleatim crebro assumtus, mulsa ex amygdalis dulcibus earumque oleo etc.

Si irritatio ad veram instigatur inflammationem, tunc externe etiam fomenta et cataplasmata emollientia et pro ratione aegri et morbi gradus sanguinis detractio sive universalis sive localis cum internis emollientibus in usum trahenda. Ratione tussis, quae fere in omnibus stadiis permolesta esse solet iterum mucilaginosa, emollientia, pacantia, lictis omnibus acidis, quae in aliis exanthematibus libenter conceduntur, hic vero tussim multo augerent, in usum vocanda.

Rarissime, praecipue apud infantes ad narcotica, et inter ea ad opium transgrediendum, nisi urgente necessitate, quamquam clar. *Sydenham* haecce remedia adhibenda esse praeceperit. Atrocem capitis dolorem, timendam inde phrenitidem, praecipue sub stadio eruptionis, si tardius, quam par est, morbilli erumpunt, deliria, soporem, ophthalmiam saepissime methodo antiphlogistica rigorosiore, si serius haec symptomata urgent, diapnoicis, leniter erigentibus, praeceteris epispasticis nuchae vel femoribus adpositis lenimus atque infringimus. *Convulsiones*, quibus prae ceteris infantes, viri hypochondriaci et feminae hystericae subjiciuntur, variis nervinis, pacantibus etiam opiatis compescimus; semper vero inquirendum, utrum a nimia nervorum mobilitate, vel in infantibus a denditione vel vermibus vel a plethora vel a difficili eruptione oriantur spasmi. Cuique generi spasmorum prudens medicus sua opponet tela. —

Nonnunquam etiam fit, quod exanthemate in secundo stadio vel sub ejus finem recedente *diarrhoea profusa* exoriatur. In hoc casu illam sistere periculum minaretur, nam hac saepe vis morbillosa, ut ita dicam, materia per alvum quasi eliminatur, quum per cutim retinetur. —

Solum si alvi profluvium diutius, quam par est, persistat, vires prosternat, et colliquativa

ideatur, tunc protinus impugnari debet reme-iis mucilaginosis, anodynis, decocto cascarillae, olombo, corticis peruviani aliisque sistentibus. *Iaemorrhagiae* tam narium, quam aliarum par-um morbillis, praecipue putridis, vel ut veteres uncuparunt, malignis, non raro supervenientes primo speciatim et secundo eorum stadio ti-iendae sunt. Has sinere, saepe praestat, quam ropere nimis cohibere. Si vero sanguis immo-ice profundatur, ut jam facies et labia palleant, xtrema refrigerari incipiant, pulsus lanqueant, ut aeger vomitum imminentem vel lypothymiam ueratur tunc absque mora remediis energicis, cidis, roborantibus heroicis, liquore minerali ofmanni, acido sulfurico diluto, decocto corti-s peruviani, saepe etiam remediis chirurgicis si-endae sunt. Haec nunc forent praecipua symp-mata, quae intra morbillorum decursum respi-enda et quandoque suo modo tractanda sunt. ervenimus denique ultimo ad quartam indi-ationem, illam nempe, *crises* morbillorum *ri-e sustentare et suffulcire et reconvalescen-iam promovere, mala vero posthuma arcere.* rises in morbo nostro in tertio stadio contingen-s per sudores largos, universales, levantes, rinas hypostaticas largas et evacuationes alvinas unt. Hi itaque conatus critici debite suffulcian-ur necesse est, quibus etiam mala posthuma op-me arcentur. Si nunc crises non sponte, aut on sufficientes obtineant, arte adjuventur opor-t. Morbillis igitur pallescere et evanescere inci-ientibus, nisi evacuationes alvinae sponte sece-ant, manna, fructus tamarindorum aut sal leni-er purgans indicantur. Medela syncritica, i. e. egimen leniter diaphoreticum, refrigerium soler-er arcessitum, morbo jam finito per quatuordc-im saltem dies continuetur, ut eo certius malo-um posthumorum periculum evitetur.

In certis vero epidemiis grassantibus morb posthumi exquisitissimis remediis, summa cur cautela et circumspectione adhibitis praecaver nequeunt, quibus et aegri constitutio suam con tribuit symbolam. —

Morborum, qui morbillis, praecipue irregu lariter decurrentibus succedunt, omnium frequen tissimus est *peripneumonia*, eorum exsiccation et defurfurationi repente superveniens, quae ae gros in summum vitae periculum adducit, et sae pe etiam occidit. Quando id accidit, methodu antiphlogistica rigorosior instituenda atque ea cu ra seligenda, quae peripneumonicis et pleuritici adcommodata est.

Defervescente vero febri et pulmonum inflam matione profligata eo laborandum, ut tussis mi tescat, et alia mala, quae ab acrimonia morbil losa timeri possunt, arceantur. Interdum tamen peripnnumonia in suppurationem transit.

Tunc aegri assidue tussitant, vespere hor rent, noctu calent, mane sudore madent et ema ciantur; sputa, quae exscreantur, purulenta sunt Quae symptomata simul sumta phthisin purulen tam pulmonum indicant, quae suo modo alioquin cognito tractanda.

Tussis chronica quoque post morbillorum desquamationem valde pertinax quandoque rema-net. Haec etsi post morbillos benignos emollien tibus et demulcentibus et aura liberiore facile per-dometur, aut paulatim sponte cesset, tamen non-numquam, in nonnullis epidemiis diuturnior gravior et periculosior est, quia in phthisim pul monalem persaepe migrat. Hinc primo sanqui nis missione, interdum etiam iterata, serius emol lientibus, pacantibus, demulcentibus, lichene is-landico liberaliter exhibito oppugnanda est. Non rarum quandoque, eccoproticis interpositis, eam saepe fugari. Nec minus molesta et pertinax est

iarrhoea, a morbillis relicta. Hanc rheo tosto
osi refracta, pulvere Doweri etc. primum adgre-
i convenit, serius paregoricis, cortice peruvia-
o, cascarilla aliisque roborantibus antisepticis.
culi praeterea sua mala lugent. —

Saepe enim in morbillorum discessu gravis-
ma *ophthalmia* corripiuntur. In leviori casu
gregie hirudines succurrunt temporibus aut retro
ures adplicitae, ast in graviori venam secari
portet, deinde alvum etiam iterato duci. Non
arum saepe etiam praestat remediorum vesican-
um utrique tempori impositorum usus. Porro
raestant, praecipue si ophthalmia decursum chro-
cum legit, collyria, quae vitriolum album, sac-
harum saturni, lapidem divinum cum paucis
audani liq. Sydenh. guttulis recipiunt, vel un-
uentum ex butyro recenti insulso et aliqot granis
raecipitati rubri. Si vero unquentum non con-
uxerit, juvat collyrium ex mercurio sublim. cor-
sivo ad granum unum in quatuor aqua rosarum
nciis soluto cum mucilag. gummi arab. drachmis
ibus et tinctura opii.

Porro ad morbos morbillorum posthumos
iam referuntur *glandularum variarum tumo-
s*, *hydrops anasarca* atque *ascites*. Glandu-
tumentibus induratisque conveniunt resolven-
, attenuentia et sudorifera, nec aliena sunt,
ae extrinsecus molliunt et blande discutuint.
illis prae ceteris celebrantur Calomel, antimo-
alia, decocta sarsaparillae, bardanae, cicutae
aliarum plantarum resolventium. Hydropi ana-
rcae et asciti post lenia eccoprotica et diuretica
itulari dicuntur medicamenta roborantia, ama-
cantia, praeparata ferri etc. etc.

CAPUT VIII.

De morbillorum insitione.

Quamquam morbilli in genere minori decurrant periculo, et aegrorum morbillis peremtorum minor observetur numerus, quam in variolis et scarlatina; licet plurimi, medici auxilio destituti, regimine congruo solum observato, morbillosam febrim superent, malignas tamen epidemias exquisitissimis remediis resistere, magnumque correptorum numerum aut ob indolem suam funestam aut mala posthuma letho tradere, compertum habemus. Ad hanc itaque saevitiem mitigandam exemplo a variolis ducto *insitio* quoque *morbillorum* est tentata. Primus omnium, qui eam adhibuit, fuisse fertur *Franc. Home*, medicus Edimburgensis. Instituitur autem haec insitio absque ulla corporis praeparatione. Sanguine ex aliqua parte morbillis obsita per levem incisionem educto imbuitur gossypium, quod vulnusculo, quod utrique brachio ejus, cui morbilli inserendi sunt, infligitur, imponitur et deligatur. Fortasse etiam, non incisa prius cute, gossypium sic infectum, nudis brachiis alligatum contagionem aeque certe communicat. Alii sanquinis loco utuntur saliva aut lacrymis tempore criseos stillantibus aut alii iterum, ut *Alex. Monro*, squamulis cutis defluentibus ab aegrotantium corpore, quae omnes materiae modo dicto sanis communicantur. Quo facto *sexto* ab insitionis die sub vesperam plerumque febricula exoritur, mitissima tussicula sine insomnio aut inflammatoriis symptomatibus concomitante; neque febris hectica, neque tussis, neque oculorum inflammatio subsequi consuevit.

Benignissimum ergo morbum et levissimis ymptomatibus conjunctum inde gigni contendunt. ihilominus morbillorum insitio paucos admodum ctatores habuit, ut pene jam desueverit, hac rtasse ex causa, quod merbilli pluries in eodem omine reversi narrantur. Non tamen inutilem ec spernendam esse hanc insitionem prudentio- es medici existimant, praecipue in epidemicis orbillorum malignorum constitutionibus, in qui- us, ut vitae periculum summum est, sic omni onatu et studio eniti expedit, ut mitior benigni- rque morbus reddatur, id quod obtineri posse er insitionem probabile omnino videtur.

Auctores, qui de morbillis insigniter tractarunt sunt sequentes:

Rhazes A. de variolis et morbillis latine, adnexis quibusdam aliis argumenti ejusdem, interprete et curante quondam Jos. Channing. Edid. J. C. Kingebroig. Götting. 1781. 8.

De variolis et morbillis fragmenta medicorum Arabistarum. Edid. Christ. Gottf. Grüner. Jenae 1790. 4.

Thom. Sydenham opus.

Morton exercitationes de febribus inflammatoriis universalibus.

J. G. de Hahn: Morbilli, variolarum vindices delineati. Vratisl. 1753.

Rosen v. Rosensteins Abhandlung von den Masern. A. d. Schwedisch. 1763. 4. Auch in seiner Schrift über Kinderkrankheiten.

Franc. Home. Medical facts and Experiments. p. 258.

Watson medical observat. and inquir. Vol. IV. p. 132.

Andr. Jo. Orlov Progr. de variolarum et morbillorum discrimine. Regiomont. 1785. 4.

Tissot Avis au peuple. P. I. Chap. 14.

Carens über die Einimpfung der Blattern, nebst einem Anhange von den Masern. Wien 1791.

Wedekind über die Masern, in Röschlaubs Magazin. Bd. IV. Nr. 6.

Traité sur la Rougeole, p. G. Roux. A Paris 1807. 8,

Heim's Bemerkungen über die Verschiedenheit des Scharlachs, der Rötheln und Masern ꝛc. In Hufelands Journal 1812. März. S. 80. u. flg.

J. P. Frank Epitome Lib. III. pag. 231.

C. W. Hufeland's System, Bd. II. 2. S. 147.

Burserius de Kanilfeld, Canradi, A. G. Richter, A. Henke, Reil, Willan, Jos. Frank, J. Nob. a Raimann, Max. Stoll, de Haen in ihren Schriften.

THESES DEFENDENDAE.

1.

Efflorescentia cutanea in febri morbillosa symptoma sistit characteristicum, non tamen essentiale; hinc

2.

Observatur febris morbillosa absque morbillis.

3.

Morbus est processus vitae modificatus non contrarius.

4.

Non datur morbus intermittens.

5.

Scirrhus et Carcinoma non natura, sed gradu tantum divergunt.

6.

Natura per se saepe, ars per se nunquam sanabit morbum.

7.

Sero curabit, quem non nisi urgentia ad Castrationem determinant signa.

8.

Evacuatio puris per sectionem corneae in hypopio omni jure exercenda.

9.

Iridotomia historicam solum meretur men-
onem.

10.

Clima temperatum virium somaticarum aeque
: psychicarum evolutioni amicissimum.

11.

Synchondrotomia ex ambitu operationum ob-
etricium non est rejicienda.

12.

Partus praematurus arteficialis ab obstetrica-
ore solum eruditissimo et valde experto sollici-
tur.

13.

Melius est Herniotomiam maturius quam se-
us peregisse.

14.

Chloroseos cura non raro a purgante inci-
iend a.

15.

Juncturam pharmacorum, quam Theoria re-
isat, Praxis interdum jubet.

16.

Si medico nunquam, minime operatori un-
uam deficiat animi praesentia.